

Da  
933, b





Christus ist in mir  
bunden stillen lauten  
gegolten. in ab dem  
20. 17. 17. 17.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Quoniam tuum

~~Handwritten scribbles and crossed-out text~~

Soli Deo gloria.






Ich habe einen guten Kumpff  
gahumpff ich habe glantz  
gahaltan, ich habe den Louff  
hollandt, hingeführet, id  
mein brüderlag die Erben  
den Gahaltigkeit, und ich  
mein Christen gebenediet  
nicht mit allen, son  
den alle die meine  
Gahaltigkeit haben.




B. 2. 3  
8




































GEARDI- JOANNIS VOSSI  
ELEMENTA  
RHETORICA.

IMPRIMIS

*Doctrina de Tropis &*

*Schematibus,*

PRO ANGVSTA TY-  
ronum memoria iustu su-  
periorum in usum Scho-  
larum Belgicarum seorsim

excusa.



*Valentinus*

*Hilarius SS*

*Bernhardus*

*T. D.*

HILDESIA

Sumptibus PETRI CASTENSIS

Anno clc lxx LIV,

*Gymnasium  
zu  
Quedlinburg*



G. I. VOSSIUS  
BENEVOLO LECTORI.

**S**OLENT illi, qui aliis ad terrarum  
sistū præeunt viam, initio in tabel-  
la quapiam ob oculos ponere prin-  
cipes orbis partes, & celebriores a-  
liquot nationes. Qualis opera, utcumq; levis & fri-  
vola videatur, voluptatem nihilominus suam ha-  
bet; nec fructus eam penitus experiem. Nam si  
his sistere libeat, quis non videt, satius omnino  
esse, ut rei tam excellentis gustus aliqui, habeatur,  
quàm ut ea penitus nesciatur? sive animus magis  
ad exactam universi notitiam adspirat: quid a-  
perius est, quàm non posse eò quenquam perveni-  
re, quæ non primordiis illa antea perceperit? Quod  
hac de scientia exposui, idem in aliis etiam discipli-  
nis locum habet. Ea res scit, ut illorum quos dixi,  
exemplo, & quod caput est, à Superioribus jussu,  
lineamenta quaedam duxerim artis Oratoricæ:  
non quidem quasi existimarem, præcepta eloquen-  
tiæ pagellis posse paucis comprehendere: sed ut nobi-  
lissimæ facultatis natura ac constitutio, membro-  
rumq; omnium compages, uno quasi intuitu cer-  
neretur: atq; ut trunculi hîc haberent elementa  
aliqua, per quæ, velut gradibus quibusdam ad al-  
tiora

193898942



l.  
m  
l-  
n-  
d-  
i-  
i-  
n  
10  
79  
is  
-  
d  
-  
i,  
b,  
:  
n  
-  
-  
-  
-







tiora & magis recondita, facilius perducerentur.  
Verumq; horum cum propositum mihi nunc foret,  
troporum quidem & potissimum schematum  
doctrinam, quomocunq; ad pueritiae captum  
expressi: reliqua verò artis tantum summa car-  
pere fastigia visum fuit. Nec moveat, si in tanta  
brevitate, jejuna hic omnia planeq; arida videan-  
tur. Nam sufficere debet, quod ea, quae nunc stri-  
ctim ac vellicatim attingo, fusiùs explicarim in  
Partitionibus Oratorijs; quae ex decreto Illustris-  
simae Hollandiae & West-Frisiae Ordinum, superiorum  
classium usui inservient. Eò igitur recurrat, qui  
plenius aliquid, aut planius requirit. Equidem non  
ista etiam parte allevarem laborem alienum, ad  
oram libelli huius apposui, quibus Partitionum lo-  
cis singula his responderent. Conferre etiam cum  
istis licebit, quae ante annos multos, sex Instituti-  
onum libris non incuriosè, ut arbitror, de hac ipso  
arte prodebam: in Elocutione imprimis; ubi, quae  
de tropis & schematibus hic dicimus, tanta e-  
xemplorum copia illustrantur, ut, si quis istis cõ-  
centus non fuerit, planè verendum sit, ne quic-  
quam ei satis esse possit. Lugd. Bat.

M. DC. XXVI. Kal. Septemb.

A 2 EL



ELEMENTA  
R H E T O R I C A,  
Imprimis doctrinae

De  
TROPIS ET SCHEMATIBUS.

Part: **R**HETORICE, quæ Latinis  
Orat. **R**hetorica dicitur, nomen  
Lib. 1. **R**hetorice dicitur, id est, dico.

Cap. 1 Quia ut Grammaticæ monstrat vi-  
§. 1. am bene sive purè loquendi: ita  
Rhetorice docet, bene dicere, sive,

Cap. 5 prudenter, copiosè, ornateq; loqui.


§. 3. Definitur Rhetorice facultas vi-  
4. 5. dendi in unaquaque, quod in ea  
est ad persuadendum idoneum.

Itaque finis Oratoris ultimus est  
persuadere, officiū est videre, quid  
ad persuadendum conducat: sive  
dicere ad persuadendum accom-  
modatè. Materia est unaquæque  
res; sed imprimis quæstio civilis.


Quæstio ea vel thesis est, vel hy-  
pothesis.

A 3 The-











## RHETORICA.

Thesis est quaestio infinita, sive  
universalis.

Ut, *An liceat insidiatorem interficere.*

Hypothesis est quaestio finita, si-  
ve singularis.

Ut, *An iure Milo interfecerit Clodium.*

Officij oratorij partes sunt qua-<sup>cap. 1.</sup>  
tuor; argumenta invenire, inventa §. 8.  
disponere, disposita exornare, &  
exornata pronunciare. Ac pro his  
cotidem sunt partes Rhetorices;  
inventio, dispositio, exornatio &  
pronunciatio.

## DE INVENTIONE

INVENTIO est excogitatio argu-<sup>cap. 2.</sup>  
mentorum, quae ad persuadendū §. 1.  
idonea sunt.

Argumenta sunt triplicia: ratio-<sup>cap. 3.</sup>  
nes, mores, & affectus; quae Græcis  
vocantur λόγοι, ἦθη & πάθη. Ex his §. 5.  
rationes ad docendum; mores ad  
conciliandum; affectus ad permo-  
vendum valent.

Argu-



Argumenta primigenis, vel artificialia sunt, vel inartificialia. Artificialia dicuntur, quæ ab Oratore artis beneficio inveniuntur.

Ea variant pro generibus hypothesiôn, quas Latini *causæ* vocant.

cap. 3. Causarum genera sunt tria; demonstrativum, deliberativum, & juridiciale.

DEMONSTRATIVUM est, quo laudamus, aut vituperamus. Ac præcipue respicit tempus præsens.

cap. 4 Laus, & vituperatio omnis, vel personæ est, vel facti, vel rei.

*Personæ*, ut, si laudes Ciceronem: vituperes Antonium.


*Facti*, ut, si laudes voluntarium M. Reguli ad hostes suos reditum: ut si vituperes in Catone Uticensi, quòd manus sibi intulerit, ne in potestatem Cæsaris veniret.

*Rei*, ut si laudes eloquentiam, vel agriculturam: aut vituperes vitiû animi ingrati.


Argumenta in hoc genere præ-

ci-











# R H E T O R I C A 7

cipuè petuntur ab honesto, ac tur-  
pi.

Genus DELIBERATIVUM est, cap. 3.  
quo suademus, vel dissuademus, §. 2.

Ut, si suadeas pacem, vel induci-  
as, dissuadeas bellum, vel contrà. primis

Est deliberatio omnis de futuris, cap. 5.  
Ac præcipuè in eâ consideratur, ec-  
quid utile sit, an inutile.

Genus JURIDICIALE est, Quo cap. 3.  
accusamus vel defendimus. Quo- §. 2.  
modo Milo, ab

amicis Clodij est accusatus; à Ci-  
cerone verò defensus.

Versatur hoc genus circa præte-  
rita.

Variant autem argumenta in eo cap. 5.  
pro statuum diversitate. §. 1.

STATUS est quæstio ex prima cap. 5.  
causarum cõflictione proveniens §. 2.

Ac in genere juridicali nascitur ex  
prima accusatoris intentione, &  
defensoris depulsione.

Ita accusatur Milo, quòd Clo-  
dium occidisset; Milo interemtum

A + fa



fatebatur; sed jure occisum aiebat.  
 Status igitur fuit, jure ne an injuria,  
 Clodium interemerit Milo.

cap. 6 Status est quadruplex, conjectu-  
 §. 6. ralis, finitivus, qualitatis, & quan-  
 7. 8. titatis.

9. 10. CONJECTURALIS est, quo quæ-  
 cap. 7 ritur, ecquid factum sit, nec ne.

Ut, An Sextus Roscius occiderit patrem  
 suum.

cap. 8 FINITIVUS est, quo de nomine  
 rei queritur

Ut, Abstuli quidem, sed furtum non  
 commisi.

Ubi furtum erit definiendum,  
 Atque ita in aliis.

cap. 9 QUALITATIS est, quo quæritur,  
 & 10 quale sit factum.

Ut, Occidit quidem Clodium Milo,  
 sed jure id fecit.

Ubi legibus probandum erit,  
 quid jure, quidve injuriâ fiat.


cap. 11 QUANTITATIS status est, quo  
 de magnitudine rei disceptatio est.

Ut, Si constet esse crimen, sed negetur  
 grave esse crimen. Ubi



Quisquis ubi quibus auxiliis  
cur quomodo, quando;







## R H E T O R I C A: 3

Ubi amplificatio, & imminutio  
facti imprimis attenditur. Viden-  
dum igitur, quid magnum, aut exi-  
guum oporteat censerī.

In singulis autem causarum, ac *a cap.*  
statuum generibus, locum habet *2. §.*  
*τοδωαρον*, a sive quid fieri possit, *10.*  
aut non possit: item comparatio *b, cap. 7.*  
sive quid sit honestius, utilius, aut *§. 15.*  
justius. *b. 2.*

Artificialibus *c* argumentis ac *§. 11.*  
cedunt inartificialia, quæ foris de *cap. 4.*  
lata, ab oratore solum arte tractan- *§. 40.*  
tur. *cap. 5.*

Ut imprimis sunt testimonia. *§. 17.*

Sequuntur *ΠΑΘΗ* sive *AFFE-* *c. 8.*  
*CTUS*, *d* quos Deus animis nostris *§. 6.*  
indidit, ut sunt tanquam stimuli ad *d cap.*  
honestas actiones. *12.*

Sunt hi, ex Stoicorum sententia, *Lib.*  
quatuor: ratione boni præsentis, *1. 6. 1.*  
lætitia; ratione boni futuri, spes;  
ratione mali præsentis, dolor; ra-  
tionem mali futuri, metus.

Ad



Ad hos autem referuntur, ira<sup>o</sup>,  
lenitas, pudor, impudentia, amor,  
odium, indignatio, invidia, miseri-  
cordia, & emulatio.

*Lib. 2.* In quorum singulis attendere  
*cap. 2.* imprimis oportet, & quomodo af-  
*6* fectus is moveatur, & quomodo se-  
*seqq.* detur.

*12* Super sunt MORES; qui hinc spe-  
*Lib. 1.* ctantur, quatenus ex oratione di-  
*cap. 15* centis elucent.

Quò morata sit oratio, ante o-  
mnia id agendum est Oratori, ut, in  
eâ reluceant prudencia, probitas, &  
benevolentia. Nam facile iis credi-  
mus, qui & rem intelligunt & be-  
ne nobis cupiunt.

Præterea illi videndum est, &  
apud quos dicat, & de quibus dicat.  
Variant enim mores hominū tum  
pro natura gentis, ac Reipublicæ:  
tum etiam in singulis, pro ratione  
affectuum, habituum, ætatis, ac  
fortunæ. Hactenus de Inventione.

DE



...  
a.  
r,  
l-  
e  
f.  
e.  
ia  
n  
e  
n  
e  
:  
e  
c  
:  
e





Partes orationes formales sunt  
vel essentialis vel accidenta  
les.



DE DISPOSITIONE.

**S**equitur DISPOSITIO, quæ est Lib. 3.  
Spacium orationis idonea ad cap. 10.  
persuadendum collocatio.

Partes orationis sunt, exordium,  
narratio, propositio, confirmatio,  
confutatio, peroratio. a Vn-  
 Quarum de vul  
prima & ultima, in primis ad ani- gatis  
mos movendos; ceteræ magis ad verfi-  
docendum valent.

EXORDII præcipuum munus est culus.  
præparare auditorem ad reliquam Exorsio  
ditionem, quod fit reddendo cum narro.  
benevolum, attentum, & docilem. seco,

Quando apertè hoc agimus, firma.  
ἀρχὴ sive principium, dicitur: in refuto  
 idem occultè fiat, vocatur insinuatio per  
 Græcè ἔφοδος oro.

Laudantur exordia ex causa ipsa cap. 2  
 velut nata; item modesta, ac vere- cap. 3.  
 cunda. cap. 4.

Cavenda autem sunt ea, quæ ni-  
 mis longè petita: item communia  
 nobis, & adversario, vel facilè com-  
 mutabilia, vel nimis magnifica.



cap. 5. NARRATIO rem gestam, ut gesta est, à principio usq; ad finem exponit.

Ea interdum tota continuatur: interdum partes ejus singulatim explicantur, & amplificantur.

Narratio esto perspicua, ut intelligatur; verisimilis, ut credatur; suavis, ut libenter audiatur. Esto & brevis, quia tædio erit, si ulterius producat, quàm opus est.

cap. 6. PROPOSITIO summam totius orationis proponit. Quæ si orationem in partes dividat, Partitio appellatur.


Partitio cùm perspicua, tum etiam brevis esse debet: hoc est, non major, quàm trium, vel ad summum quatuor partium.

cap. 7. CONTENTIO, quam Aristoteles  $\pi\acute{\iota}\sigma\iota\upsilon$  appellat, continet confirmationem & confutationem.


Confirmatio argumentando causam nostram astruit.

cap. 8. Confutatio diluit argumenta adversarij Επίσι





















Ἐπίλογος. Latinis PER ORA cap. 2  
TIO, est totius orationis clausula.

Duplex autem ejus in unum est,  
 Prius est ἀνακεφαλαίωσις, sive e-  
 numeratio potissimorum argumēto-  
 rum. Alterum est παρορμησία, sive  
 commotio affectuum. Nunc ad  
 Elocutionem veniamus.

### DE ELOCUTIONE.

ELOCUTIO alia Philosophica Lib. 4  
 est, alia oratoria, alia historica, cap. 1.  
 alia poëtica.

Elocutio oratoria est rerum in-  
ventarum, & dispositarum, per ver-  
ba sententiasque, expositio ad per-  
suadendum idonea.

Elocutionis præcepta vel gene-  
 ralia sunt; vel ad hanc illamve ma-  
 teriam, ac characterem restricta.

Elocutio communis dividitur  
 in elegantiam, dignitatem, & com-  
 positionem.

Elegantia efficit, ut unum quodq; cap. 1.  
 tum pure, tum perspicue, dicatur. & 2.

Ad



Ad puritatem opus est delectu  
verborum. Vitanda igitur verba  
barbara. Nec indulgendum anti-  
quatis, aut inusitatis. Sordida etiam  
& obscœna, honestis verbis circum  
loqui oportet.

Perspiciuitati inter alia repugnat  
sermo ambiguus, nimia breuitas, &  
ordo verborum perturbatus.

cap. 3. Dignitas suppeditat orationi pi-  
cturas, sive verborum sententiarũ-  
que lumina; quæ Rhetores vocant  
tropos, & schemata.


TROPUS est vocis à propria si-  
gnificatione in aliam cum virtute  
immutatio.

Fit autem inversio significatio-  
nis quadrifariam, ac pro eo quatuor  
etiam sunt TROPI primarij: meta-  
phora, metonymia, synecdoche, &  
ironia.


cap. 4. METAPHORA. sive translatio,  
est tropus, quo verbum à propria  
significatione in alienam transfer-  
tur ob similitudinem.

Ita-











Itaq; tria hîc spectantur, signifi-  
catio propria, aliena, & similitudo.

Ita *scrupulus* propriè dicitur la-  
pillus in calceos viatorû incidens.  
Impropriè ita vocatur sollicitudo,  
ac dubitatio, Similitudo in eo con-  
sistit, quòd ut lapillus ille pedibus,  
ita sollicitudo ANIMO molestiam  
parit.

Nullus autem tropus plus lumi-  
nis adfert orationi: imprimis si ad  
sensus ipsos admoveatur, maximè  
oculorum, qui sensus est acerrimus.

Ut *splendor verborum, studia florent.*  
*videre pro intelligere, & similia.*

METONYMIA est tropus, quo  
caussa externa ponitur pro effectu: cap. 5.  
vel subjectum pro adjuncto: vel an-  
tecedens pro consequente, aut cõ-  
trâ. Itaq; sex in universum sunt  
metonymiæ species, seu modi.

Primus ponit pro effectu causam  
externam: eamq; vel efficientem,  
ut *Mars* pro prælio: *Livius* pro scri-  
ptis *Livij*; lingua pro sermone; ma-



mus pro scriptura: vel finalem, ut  
*Statuere exemplum*, hoc est, infligere  
 pœnam, quæ cæteris sit documen-  
 to. Sic. Maro.

*Auc supplex aris imponat honorem*,  
 hoc est, victimam.

Alter modus est effecti pro caus-  
sa externa: eaque vel efficiente, ut,  
*pallida mors*, quia pallentes facit, *ira*  
*cæca*, quia homines efficit cæcos; vel  
 finali, ut, *Serta mihi Phyllis legeret*, pro  
 floribus. \* Eccles. 16.

\* Vbi Tertius est subjecti pro adjuncto.

*Es s* - Quò refer, cum ponitur continens  
*nec* - pro cõtento: ut, *Roma* pro Romanis,  
*doche patera* pro vino. Item cum possessor  
*est to* - ponitur pro re possessa. Ter. Heaut.  
*eius*

*essen* - *Quid te futurum censes, quem assidue*  
*exedent* ? id est, cuius opes consumēt.


*tialis* Virgilius 2. *Æn.* *Iam proximus ardet*  
 pro *Ucalegon*. id est, domus Ucalegonis.

*parie* Item dux pro militibus: ut, *Cæsar*,  
*mate* pro exercitu: aut *patronus*, pro clien-  
*tiab.* te. ut, *Nego, me restitutum*, hoc est, cli-  
 entem meum. Item signatum pro









Fragment of text from the adjacent page, including the letters: P, O, P, P, P, P, N.





Signo: ut, *Iupiter*, pro Jovis statua:  
*Orpheus*, pro Orpheo picto, aut cæ-  
 lato.

Quartus modus est adjuncti pro  
subjecto. Velut cum contentum po-  
nitur pro continente: ut, *vina coro-*  
*nant*, pro pateris: aut signum pro si-  
gnato: ut, *fasces, & secures* pro impe-  
 rio consulari: *toga*, pro pace.

Huc refer, cum tempus ponitur  
pro re, quæ est in tempore. Ut, *Hujus*  
*seculi insolentia*, Philipp. o. *utempera!*  
*o mores!* In Catil.

a Sed

Vulgò & eodem referunt, cum *hec*  
*virtutes, & vitia*, ponuntur pro potius  
personis ipsis. Ut, *ars*, pro artifice: est *Sy-*  
*luxuries* pro luxurioso. nec-

Quintus modus est, cum antecede-  
dens pro consequente ponitur. Ut, *partis*  
*vixerunt*, pro *mortui sunt*: *discumbere*, essen-  
 pro *cenare*. tialis:

Sextus modus est consequentis nepe  
pro antecedente. Ut, *funus*, p morte. forma

Duo postremi modi à quibusdã pro  
μετάληψις vocantur. for-

SY-nato



**cap. 6.** SYNECDOCHE est, cum totum  
ponitur pro parte, aut pars pro to-  
to. Ea fit VI. modis.


Primus modus cum genus, quod  
est totum universale, ponitur pro  
specie. Ut, *Pradamq; ex unguibus ales*  
*Projecit fluvio.* Virg. pro aquila. Sic,  
*Tollit se arreptum quadrupes.* pro equo.  
Idem.

Alter modus, cum species contra  
usurpatur pro genere. Ut, *auster,* vel  
*quinto,* pro *venio* quolibet. *Falsum*  
pro quovis vino præstanti: *telum,*  
pro quibusvis armis: *mel Hymettium,*  
pro quovis melle: *spica Cilissa,* pro  
quovis croco.


Tertius cum toto essentiali, quod  
constat materiâ, & formâ, utimur  
pro solâ materiâ, aut formâ. Ut, a-  
pud Evangelistam: *Sustulerunt Do-*  
*minum meum, nec scio, ubi posuerint eum,*  
id est, Domini mei Jesu corpus.

Quartus, cum contra pars forma-  
lis, aut materialis, ponitur pro toto  
essentiali. Ita formæ Synecdoche  
est,











est, *candida anima*, pro homine candido. *Materiae autem, aurum, argentum, aes*, pro pecuniâ: *ferrum* pro gladio: *avena*, aut *arundo*, pro fistula ex avena, vel arundine confecta. Sic, *gemmâ bibere, dormire ostro*. Vulgò Metonymiam materiae appellant.

Quintus modus, cum totum integrale sumitur pro parte. Virg. *Pabula gustassent Troiae, Xanthumq; bibissent.*

Sextus modus, cum contra pars integralis ponitur pro toto: ut, *lepidum*, vel *ridiculum caput*, pro homine lepido aut ridiculo. Sic, *orbis* pro imperio Romano, *puppis* pro navi, *muco* pro gladio, *tectum* pro domo.

Ad quintum sextumq; modum refer, cum numerus singularis ponitur pro plurali, aut pluralis pro singulari, aut deniq; certus pro incerto.

Ut, *Romanus praelio victor*, Liv.

*Pulcra verecundo suffundens ora rubore.* Ovid, i. Met. hoc est, os sive vultum.

Ses.



*Sexcenta licet ejusmodi proferre Cic. 2. de Div.*

cap. 7 IRONIA est tropus, quo intelligitur contrarium ejus, quo dicitur: unde *illusio* aliquibus dicitur. *Id populus curat, scilicet. Terent. Adesdum, bone vir. Idem.*

Sic, *Penelope* de impudica: *Cato*, de stolido.

cap. 8 Atque hi tropi sunt primarij. Troporum autem species sunt


ΜΕΤΑΛΗΨΙΣ, ΑΥΤΟΜΕΤΑΣΙΣ, ΛΙΤΙΣΤΥΣ.

METALEPSIS, Latine transsumptio vocatur, cum antecedens ponitur pro consequente, aut contra: estq; species μετωνυμίας, ut superius dictum est. At aliud est μετάληψις, cum affectio tropi est, ut postea dicetur.

ANTONOMASIA est, synecdoches species, quâ proprium sumitur pro communi, vel contra.

Prioris modi est, *Irus* pro paupere, *Thersites* pro deformi, *Cato* pro sapi-







—  
fa  
tr  
  
tr  
pr  
V  
  
pr  
H  
  
L  
tu  
ne  
  
be  
A  
A  
fur  
ria  
  
ple  
tin  
tur





sapiente, *Mæcenâs* pro doctorum patrono.

Alterius modi est, ~~*parens*~~ pro patre, *Philosophus* pro Aristotele, *urbs* pro Româ, *Poeta* pro Homero vel Virgilio, *Apostolus* pro Paulo.

Huc refer ~~periphrasin~~ non reciprocam: ut, *Trojani belli scriptor*, pro Homero.

LITOTES, quam ~~extenuationem~~ Latinè dixeris, fit cum minus dicitur, & plus intelligitur: unde synecdochæ subjici posse, liquet.

*Munera nec sperno.* 7. *Æn.* id est, lubens accipio.

*Non laudo*, id est, reprehendo. *Ter. And.*

Affectiones troporum præcipuæ sunt quatuor; Metalepsis, Allegoria, Catachresis, Hyperbole.

METALEPSIS est tropus multiplex in voce una; sive, cum gradatim ex una significatione proceditur in alienam. Ut,

*Post aliquot, mea regna videns, mirabor*



*bor aristas. Virg. aristas pro spica; spica pro messe; messis pro anno: eoq; & arista pro anno.*

cap. 9. ALLEGORIA est tropi in vocibus pluribus continuatio, Ut.

*Claudite iam vivos, pueri; sat prata biberunt. Virg. id est, desinite canere, quia satis audivimus.*

*Parturiunt montes; nascetur ridiculus mus. Horat. de magna expectatione, sed in ludibrium abeunte.*

cap. 9. CATACHRESIS, sive Abusio, est tropi durities quedam. Ut cum vox aliqua licentius à propria significatione ad aliam deflectitur: velut gurges, & vadum, pro mari.

*Instat montis equum divinâ Palladis arte.*

*Edificant. Virg.*

*Breve lilium, apud Horat. pro non diuturno.*

cap. 9. HYPERBOLE, quasi dicas, Superiectio, est oratio augendo, vel minuendo, superans fidem.

*Augendo: ut, nive candidior, melle dul.*



ca  
32  
10  
20  
30  
w  
o  
R  
ox  
a-  
at  
lis  
on  
r-  
u-  
no  
b-





du  
me  
bus  
im

mi  
fö  
ni  
en  
fm

tu  
tu  
l, l

sc

gr  
cu  
pi  
qu

Uc





dulcior, ocior euro. Cic. Philipp. 2. Vomens frustis esculentis vinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal, implevit.

Minuendo: ut, testudine tardior, minus nihilo.

Ad eropos quoq; vulgò, sed falso, referuntur sex species irrisionis; Sarcasmus, Diasyrmus, Charientismus, Asteismus, Myæterismus, & Mimesis. cap. 10

SARCASMUS, est hostilis irrisio super iam mortuo, aut certò morituro. Ut, Ave rex ludæorum. Matth. 27. 1, verbis virtutem illudde superbis. 9. Æn.

DIASYRMUS est inimica irrisio, sed extra cædem. Ut, Asinus ad lyram.

Inter strepit anser olores, Eclog. 9.

CHARIENTISMUS à lepore & gratià nomen accepit; estq; jocus cum amænitate mordax. Ut, Davus pistrinum deprecans, Bona verba quæso. Sic Dô meliora.

ASTEISMUS est jocus urbanus. Ut, Qui Bavium non odit, amet sua carmi.



*mina, Mævi. Virg. Nam Bavius malus  
Poëta; & illo deterior Mævius erat.*

MYCTERISMUS fit, cum naso su-  
spenso quempiam subsannamus:  
*μυκτηρ* enim est *nasus*.

MIMESIS, Latine *Imitatio* refert  
aliena verba oratione directa idq;  
fere ad risum. Ut.

*At ego nesciebam, quoniam tu ires:*

*Parvula*

*Hinc est abrepta, eduxit mater pro  
sua.*

*Soror est dicta: cupio abducere, ut  
reddam suis. Ter. Eun.*

Huc etiam referruntur, quæ ad  
Grammaticen potius, quam Rhe-  
toricem videtur pertinere: idq; vel  
ad *Ἑτυμολογίαν*, ut *ὀνοματοποιία*  
& *Ἀντιφράσις*; vel ad *Syntaxin*, ut  
*ἡ παιδεία*.

ONOMATOPOIΪA nihil aliud est,  
quàm nominis fictio à sono: ut, *ba-  
lare, grunnire, boare, h innire.*

ANTIHRASIS est vox à contra-  
rio



us  
t.  
ll  
s:  
re  
q;  
s:  
70  
ue  
ad  
e-  
el  
co  
it  
t,  
a-  
o









rio dicta Ita vulgo ajunt \*, bellum vocari, quòd minimè sit bellum; Parce, quòd minimè parcant, quòd minimè luceat.

\* quid  
de to-  
ta hac  
re sta-  
tuere

ΥΠΕΡΛΑΛΑΤΗ est, cum rerum or-  
do invertitur. Ut, apud Ciceronem  
pro Marcello: Gladium vagina vacu-  
um in urbe non vidimus. pro, vaginam  
gladio vacuam.

op or-  
teat,  
aburs  
de ex-  
poni-

Brutium ponto feriente Corum.

ing in

Id est, Coro Brutium pontum  
feriente. Seneca in Thyeste.

Ora-  
torijs

DE SCHEMATIBUS.

Insti-  
tat.

**A**ltera dignitatis oratoriae pars  
in SCHEMATIBUS sive Figuris  
versatur.

Lib. 4  
cap. II

Est verò Schema, forma oratio-  
nis, quâ hæc alio quopiam modo,  
quàm inversione significationis, à  
vulgari consuetudine immutatur  
in meliorem.

Schemata sunt duplicia; verbo-  
rum, & sententiarum: Græcis λέξε-

ως, καὶ Διανοίας.



B

Verbo-



Verborum Schemata sunt triplia: quædã consistunt in subticentia, sive defectu; quædã in excessu; quædam in reliquo corpore orationis.

Subticentia figurant Ellipsis, & Asyndeton.

ASYNDETON copulæ est defectus. Virg. 4. Æn.

*Ferte citi flammâs, date telâs, impellite remos.*

ELLIPSIS verò est alius partis, aut particulæ, defectus: ut, 1. Æn. *Sed vos qui tandem? ubi omittitur, estis.*

Excessu figurant orationē Pleonasmus & Polysyndeton.

POLYSYNDETON est abundantia copulæ. Cic. in epist.


*Me præ cæteris, & colit, & observat, & diligit.*

PLEONASMUS est alius partis, aut particulæ, abundantia. Ult, 4. Æn. *Vocemq; his auribus hausi.*


Schemata, quæ in reliquo fiunt corpore orationis, vel eandem ponunt vocem, vel similes.

SCHE-











## S C H E M A T A .

*Quibus eadem vox repetitur.*

**A** NTANAKΛΑΣΙΣ dicitur, cū <sup>cap.</sup>  
usurpatur vox eadem appella- 12.  
tione, non significatione. Ut, *Cur*  
*eam rem tam studiose curas, quæ multas*  
*tibi dabit curas? Cornific.*

*Amari jucundum est, si curetur ne*  
*quid insit amari. Idem.*

Huc pertinet ΠΛΟΚΗ cūm vox  
 uno loco personam, aut rem; altero  
 mores, aliamve qualitatem, signi-  
 cat: Ut,

*ad illum diem Memmius erat Mem-*  
*mius, id est: sui similis.*

*Simia est Simia, etiam si aurea gestet*  
*insignia.*

ΣΥΝΟΝΥΜΙΑ cūm verba idem  
 significantia conjunguntur.

*Abiit excessit, evasit, erupit. Cic. Cat. 2.*

*Promitto, recipioq, spondeoq,*  
*Philippi. 4.*

ΕΞΕΡΓΑΣΙΑ est congregatio sen-  
 tentiarum idem significantium.

B 2

Ut,



Ut, Cic. pro Ligario: Quid enim  
tuus ille, Tubero, in acie Pharsalica gladius  
agebat? cuius latus ille miro petebat?  
quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua  
mens, oculi, ardor animi? quid cupiebas?  
quid optabas?

ΑΝΑΦΟΡΑ est repetitio ejusdē,  
vocis in principio. Ut, Geor. 4.

Te dulcis conjux, te solo in litore secum,  
Te veniente die te decedente canebas.

ΕΠΙΦΟΡΑ sive Επισροφή, est  
repetitio ejusdē vocis in clausulis.

Ut, Pænos populus Rom. iustitiā vicit,  
armis vicit, liberalitate vicit. Cornif.

Quod si Anaphora, & Epiphora  
concurrant, ΣΥΜΠΛΟΚΗ vocatur.

Quis legem tulit? Nullus. Quis majorem  
partem populi suffragiis privavit? Nullus.

Quis comitis præfuit? Idem Nullus.


Cic. Agr. 2.

ΕΠΑΝΑΑΗΨΙΣ est repetitio ejus-  
dem vocis in initio præcedentis, &  
fine sequentis sententiæ. Ut, Ovid.  
Fast.


Qui bibit inde, furit: procul hinc disce-  
dite, queis est.

Cura











*Cura bona mentis, qui bibit inde, furit.*

ΑΝΑΔΙΠΛΩΣΙΣ est repetitio  
in fine præcedētis, & initio sequen-  
tis sententiæ. Ut,

*Ecce Dionei processit Cæsaris astrum.*

*astrū, quo segetes gauderent. Vir. Eccl. 9*

ΕΠΑΝΟΔΟΣ est, cum, quæ  
priori erant posita loco, posteriori;  
& quæ posteriori, ea priori, loco re-  
petimus. Ovid. Heroidum epist.

*Demophoon ventis, & verba, & vela  
dodisti:*

*Vela queror reditu, verba carere fide.*

ΕΠΙΖΕΥΣΙΣ est, cum vox ali-  
qua repetitur cum vehementia. Ut,  
Virg. Ecl. 5.

*Ipsæ sonant arbusta, Deus, Deus ille,  
Menalea,*

*Cic. Verr. 7. Crux, crux, inquam, in-  
felici & misero.*

ΚΛΙΜΑΞ seu Gradatio, eodem ver-  
bo connectit superiora inferiori-  
bus.

*Ut, Africano industria virtutem, virtus*

B 3

gloriam



gloriam gloria æmulos comparavit. Cornific.

ΠΟΛΥΠΤΩΤΟΝ, cūm idem verbum variato repetitur casu, id est, terminatione.

Uc. Cic. Sed pleni sunt omnes libri, plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetustas.

Littora littoribus contraria, fluctibus undas, Imprecor, arma armis. 4. Æn.

### S C H E M A T A,

Quæ repetunt voces similes.

cap. 13 ΠΑΡΗΓΜΕΝΟΝ conjūgit voces, quarum una ab altera derivatur. Ovid.

Tu quoq; Pieridum, studio, studiose, teneris.


Ingenioq; faves, ingeniose, meo.

ΠΑΡΟΝΟΜΑΣΙΑ sive Agnominationis est, cūm parva verbi immutatione aliam planè sententiam deflectitur oratio.

Seneca Epist. XXVIII. Nunquam satis dicitur, quod nūquam satis discitur.

Cato,






f  
n  
d  
i  
m  
us  
t  
a  
i  
u  
.









Cato, aut ut Tullius de Oratore,  
cum cuidam dixisset; Eamus deambula-  
tum; ait ille, Quid opus est de? imò verò,  
inquit. quid opus est te?

OMOIONTON, sive similiter ca-  
dens, est cum plura iisdem casibus  
effeuntur. Ut, Est i tem Verres, qui  
fuit semper; ut ad audendum projectus,  
sic paratus ad audiendum. Cic.

OMOIOTELEYTON, sive Similiter  
desinens, est cum, cola aut commata,  
eodem sono terminantur.

Cic. in Maniliana: Ut eius semper  
voluntatibus non modo civis assenserint,  
socij obtemperarint, hostes obdierint; sed  
etiam venti tempestatesq; obsecundarint.

ΠΑΡΗΧΗΣΙΣ est, cum una, plu-  
resve syllabæ vocis antecedentis in  
aliâ ejusdem membri repetuntur.

Ut,

Palla pallorem incurit, Plaut.

O fortunatam natam me consule Ro-  
mam! Cic,



## DE SCHEMATIBUS

## ΔΙΑΝΟΙΑΣ.

**Ε.14.** Schemata *Μευσίας*, alia ad inventionis, alia dispositionis ornatum adhibentur.

Primum videamus de iis, quæ sunt inventionis,

ΠΡΟΛΗΨΙΣ sive *Occupatio*, est cum id, quod ab adversario objicitur, aut objici posse putamus, anticipamus atque diluimus.

Partes ejus sunt duæ; ὑποπόρεα, quæ objectionem proponit, & ἀντι-πορεα, quæ objectioni respondet.

E. g. Objectio est in illo Dionis apud Maronem, *Æn. 4*,


*Verum anceps pugna fuerat fortuna.*

At ἀντιποπορεα est, *Fuisset. Quem metui moritura?*


Prolepsis similis est ΥΠΟΒΟΛΗ sive *Subiectio*, quam multa, quæ pro adversario dici possunt, breviter, & minutatim proponuntur; atque ad singula breviter item respondetur.

Cic.











Cic. pro Plancio: Male iudicavit populus: at iudicavit, non debuit: at potuit, non fero: at multi clarissimi & sapientissimi cives tulerunt.

ΑΝΑΚΟΙΝΩΣΙΣ, sive Communicatio est, quâ adversarium consulimus, aut cum iudicibus, quid faciendum sit, quidve factum oportuerit, deliberamus.

Cic. pro Cæcinâ: Quæro, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati, non modo limine tectusq; aditum tuarum, sed primo aditu, vestibuloq; prohibuerint, quid acturus sis?

ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑ, sive Confessio est cum callide omnia adversario permittimus.

Cic. pro Ligario. Habes igitur Tubero (quod est accusatori maxime aptandum) confitentem tecum: sed tamen ita confitentem, &c.

ΕΠΙΤΡΟΠΗ, sive Concessio, est, cum aliquid largimur adversario, ut reliquum feramus, Virg 7. Æn.



Non dabitur regis (esto) prohibere  
Latinis :

At trahere, atque moras tantis licet ad-  
dere rebus.

### SCHEMATA.

Quibus ad explicandum, aut exaggeran-  
dum, utimur.

**ΓΝΩΜΗ**, sive Sententia, est gene-  
rale pronunciatum earum re-  
rum, quas in agendo sequimur, aut  
fugimus.

**ΝΟΗΜΑ**, sive Cogitatum, est allu-  
sio ad sententiam, sive sententia  
personæ accommodata.


E.g. Gnome est, Nihil est tam popu-  
lare, quam bonitas. At Νόημα est cum  
Cicero Cæsari hoc accommodat  
Orat. pro Ligari. Nihil habet nec fortu-  
na majus, quam ut possis; nec natura tua  
melius, quam ut servare velis quam plu-  
rimos.

**ΜΕΡΙΣΜΟΣ**, sive Distributio, est  
cum totum in species, aut partes  
diducimus.

Lycurgus apud Rutilium Lupum:

Cuius











Cujus omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimæ; oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, &c.

ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΑ est, cum in nar-  
rando facti ratio adjicitur.

Eleganter autem fit cum gradatione, ut in illo Ovidij.

Viderat hanc, visamq; cupit, potiturque  
cupitâ.

Quod si causa sit magis speciosa, quam vera, COLOR dicitur.

ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΣ est, cum res ita, 16.  
clare copio seque exponitur, ut coram spectari videatur.

Quomodo Cicero in Milonianâ describit apparatus Milonis, & Clodij; illius in rheda confidentis, ac penulati; hujus in equo, & cum delectis villâ egredientis, ac pugnâti loco superiore, & quæ sequuntur.

Quod si simplicior dilucidiorq;  
fuerit descriptio, ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ  
vocatur.

Ut hæc Maronis 5. Æn.

(Con<sup>o</sup>)



Constitit in digitos exemplo arrectus  
uterque.

Brachiaq; ad superas interritus extulit  
auras.

Sed vulgò  $\Delta\lambda\gamma\tau\acute{\upsilon}\pi\omega\sigma\iota\varsigma$ , &  $\Upsilon\pi\omega\tau\acute{\upsilon}\pi\omega\sigma\iota\varsigma$ , pro eodem schemate habentur.

c. 17. EIKON, sive *Imago*, est assimilatio protasi & apodosi carens, facta per vocem *similis*, *velut*, *tanquam*, *instar*, *quasi*, aut aliam hujus generis.


Virgil. *Os humerosq; Deo similis.*

Cicero in Vatinium: *Repente enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervibus, intulisti.*


ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ sive *Exemplū*, est, cūm factum, sive actus aliquis, commemoratur, ut eo, ostendatur, aliquem vel simile facturum, vel face- re debere.

Ut, *Periculum est, ne, quemadmodum Marij & Syllæ dissidium, ita Pompeij & Cæsaris, laceret, Rempublicam.*




















ΠΑΡΑΒΟΛΗ, sive *Comparatio*, est, cum ad illustrandum id, de quo sermo est, petitur similitudo ab iis quæ fuere, fiunt, aut naturâ casuve rebus in sunt.

*Quales mugitus, fugit cum saucius aram:  
Taurus, & incertam excussit cervice se-  
curim. Virgil.*

ΣΥΜΒΟΛΗ, sive *Collatio*, est, quando substantiam cum substantia, aut accidens cum accidente, cōferimus, ut ex oppositione hâc pateat, quanto pere convenient, aut differant.

Ut, si conferas Alexandrum, & Cæsarem; oleam & vitem.

ΠΑΡΑΔΙΑΣΤΟΛΗ, Latine *se. c. 18.* *junctio*, est, cum distinguuntur ea, quæ vim habere eandem videntur.

Ut, *Non sapiens se. astutus, Premitur  
virtus non opprimitur.*

ΑΝΤΙΜΕΤΑΒΟΛΗ, sive *commu-  
tatio*, vocatur, quando est contrarie-  
tas sensus cum verborum immuta-  
tione.



Ut, Eripis, ut perdas, perdis, ut eripias,  
Esse oportet, ut vivas; non vivere ut edas.

ANTIΘETON, est ex contrariis  
constans oratio, ut Virgil.

*Flectere si neque, superos, Acheronta  
movebo.*

QETMΩPON est, cum idem nega-  
tur de se ipso. Ter. in Eun.

*Tu pol si sapis, quod scis, nescis.*

*Cum tacent, clamant, Cic.*

6. 19. ΠΑΡΕΚΒΑΣΙΣ sive Digressio, est  
alicujus rei, quæ tamen ad utilitatē  
causæ pertineat, extra ordinem  
excurrens tractatio.

Qualis ista de laudibus Cn, Pom-  
peij in orat. pro Balbo.

ΕΠΑΝΟΔΟΣ est ad propositū  
reditus.

Cic. lib. 2. de Orat. Sed ut eò rever-  
tatur, unde hæc declinavit oratio.

ΕΠΙΦΩΝΗΜΑ, sive Acclamatio est,  
cum rei narratæ, aut probatæ, velut  
coronis adjicitur pronunciatum  
ex superioribus expressum. Ut.

*Ad eò*



l  
s  
s  
A  
t  
e  
a  
t  
t  
n  
ò





Ter. Haec a. 3. 1.  
Sumat, consumat, perdat,



*Adeo à teneris assuescere multum est,*  
Virgil.

**ΑΥΞΗΣΙΣ** est, cum utimur ver-  
bo excedente rei magnitudinem.

Vt apud Ter. *sacrilega & venefica,*  
pro improba: *scelus* pro errato.

**ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΣ** est, sive **ΜΕΙΩ-  
ΣΙΣ** cum verbo humiliore, quam  
pro re, utimur.

Vt, cum *attigisse eum* dicimus, qui  
vulneravit. Sic *erratum* pro scelere:  
*severus* pro crudeli.

**ΠΑΡΑΛΕΙΨΙΣ** est, cum praeterire  
nos velle dicimus, quod interim in  
transcursu dicimus.

Cic. pro Cluent. *Mitto illam pri-  
mam libidinis injuriam, mitto nefarias  
generi nuptias, mitto cupidate matris ex-  
pulsam matrimonio filiam.*

**INCREMENTUM** est, cum velut  
gradibus quibusdam pervenitur ad  
summum,

*Facinus est vincire civem Romanum,  
scelus verberare, propè parricidium necare:  
quid dicam in crucem tollere?* Cicero.



ΠΕΡΙΦΡΑΣΙΣ est, quâ rem unam  
multis ambimus verbis.

Ut, *Romanæ eloquentiæ parens*: pro  
Cicerone. Item, *ve ad requisita natu-*  
*ræ*. Sallust.

ΕΚΦΟ'ΝΗΣΙΣ, sive *Exclamatio*, est  
oratio, in quâ interjectio expressa,  
aut intellecta, indicat animi affe-  
ctum. Unde & pronuntiatio in-  
tenditur ad significandam rei ma-  
gnitudinem.

Vt pro Marcello: *O clementiam ad-*  
*mirabilem, atq; omni laude, prædicatione,*  
*listeris, monumentisq; decorandam!*

Cic. in Pisonem: *O scelus! o pestis!*  
*o labe!*

ΑΠΟΡΙΑ sive *Dubitatio*, cum di-  
cimus, nescire nos, quid dicere vel  
agere debeamus.


Cic pro Ligario: *Itaq; quæ me ver-*  
*eam, nescio.*

Virg. *Eloquar, an sileam?*


ΕΠΑΝΟΡΘΩΣΙΣ, sive *Correctio*  
est, quæ tollit id, quod dictum est:

&









&  
d  
Ma  
el  
vi  
er  
re  
cu  
pr  
ta  
es  
no  
ta  
d  
p  
o





& pro eo, quod magis idoneum videtur, reponit.

Cic. *Quas ille leges, si modo leges nominandæ, ac non fæces urbis, & pestes Reip.*

ΑΠΟΣΙΩΠΗΣΙΣ, sive *Reticentia* est, cum ita abrumpitur oratio, ut vix appareat, quid dicturus quis fuerit. Virg. i. *Æn.*

*Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.*

SERMOCINATIO propriè est, cum sermo affingitur personæ, quæ præsentis sit instituti.

Cujusmodi sunt orationes multæ apud historicos, & poetas.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙΑ, sive *Persone effictio*, est, cum rebus mutis sermonem tribuimus, aut vita defunctos, tanquam præsentem, loquentes inducimus.

Vt, cum apud Cic pro Cælio, Appius Cæcus excitatur, ad Clodiam, ob libidinem, objurgandam.

ΕΡΩΤΗΜΑ, seu *Interrogatio*, est quando,



quando, ubi recta oratione utilice-  
at, sermonem inflectimus. Virg. in  
Ecl.

*Nonne ego te vidi Damonis pessime  
capram.*

*Excipere in sedis ?*

**ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ** est, cum sermo-  
nem aliò avertimus, quàm institu-  
ta oratio requirit.

Cic. pro Milon,

*Vos enim, Albani tumuli atq; luci, vos  
inquam, imploro atq; obtestor.*

*1. Æn. Musa, mihi causas memora.*

Atque hæc de Schematibus, qui-  
bus Inventio exornatur.

**SEQUUNTUR SCHEMATA.**

*Quæ ornant Dispositionem.*

6, 22. **M**ETABASIS, sive Transitio est,  
cum inferitur aliquid oratio-  
ni, ut ab eo, quod diximus, trans-  
grediamur, ad illud, quod superest.

Cic. Quoniam de genere belli dixi;  
nunc de magnitudine paucis dicam.

Virgil.

*Hæcenus arborum cultus, & sydera cæli.*


*Nunc*



e-  
in  
ne  
o-  
u-  
os  
ni-  
A.  
st,  
o-  
is-  
st.  
ci;  
eli.  
ung









*Nunc te, Bacche, canam.*

**ΑΠΟΔΙΩΞΙΣ**, sive *Rejectio* est, cum aliquid in alium locum, vel tempus rejicitur.

Cicero pro lege Maniliâ: *Sed de Lucullo dicam alio Loco, &c.*

**REVOCATIO** est, cum, quia longiores aliqua in re fuerimus, orationem ad principium revocamus.

*Ut, Hac de re quid attinet dicere? eris alia operumior dicendi locus.*

De Tropis & Schematibus vidimus  
**DE COMPOSITIONE.**

**COMPOSITIO** est idonea verborum, sententiarumq; structura.

Completitur ea juncturam, ordinem, periodum, & numerum.

**JUNCTURA**, præstat, ut oratio sit lenis & mollis; aut sonora, ac grandis,

Atq; hinc præcipitur, ut caveatur creba vocalium concurfio; ejusdem literæ, vel syllabæ. in initio aut fine frequentatio; continuatio plu-



plurium syllabarum brevium, vel longarum.

ORDO exigit, ne inconcinna fiat verborum trajectio: item, ut crescat oratio, nec graviori id, quod levius est, subjiciamus: item, ne turbetur naturalis ordo, eoque potius dicamus, viros, ac feminas, diem et noctem, ortum, & occasum, quam ordine inverso.

cap. 2. PERIODUS, juxta Ciceronem, est oratio in quodam quasi orbe inclusa procurrens, quoad insistat in absoluta sententia.

Estque vel simplex, vel duorum, vel trium, vel summum quatuor membrorum: qualis illa pro Cæcina: *Si quantum in agro, locisque desertis, audacia potest; tantum in foro, atque in iudicijs, impudentiæ valeret: non minus in causa cederet Aul. Cæcina Sex. Æbutij impudentiæ; quam tum in vi faciendâ cessit audaciæ.*

Periodi partes aliæ sunt majores; quæ Græcis κῶλα, Latinis membra

bra







br  
G  
in  
  
m  
ut  
lo  
br  
fy  
ei  
  
qu  
&  
qu  
sc  
  
tic  
m  
m  
in  
  
ju  
ru  
  
ni





*bra* dicuntur : aliæ minores ; quæ Græcis κόμματα, Latinis vocantur *incisa*.

Sed, contrâ quàm apud Grammaticos fit, si comma fuerit longû, ut, si septem syllabas excedat, colon nominatur : & colon, si fuerit breve, ut si minus sit, quàm septem syllabarum, commatis nomen accipit.

NUMERUS Ciceroni est modus <sup>cap. 3.</sup> quidam orationis, qui è permistis & confusis pedibus, & temporum quibus constant, apta ratione nascitur.

Numerus hic diversus est à poëtico : à quo abhorret orator : Ac multum observatur in principijs ; minùs in medijs ; potissimùm verò in clausulis.

Adhibetur autem hic aurium iudicium ; sed præstantium oratorum lectione firmatum.

Atque ut negligentia, ita cura nimis anxia vitanda est.

DE



## DE TRIPLIGI CHARACTERE.

**cap. 4.** Quæ hætenus diximus, univèrsè respiciunt Elocutionem. Nunc videamus, ut ea variet pro materia diversa.

Est enim triplex dicendi CHARACTER: magnificus, sive sublimis; humilis sive tenuis; & mediocris, sive æquabilis.

SUBLIME dicendi genus potissimum locum habet in rebus magnis. Ut de Deo ac Repub. unde in rebus heroicis, ac tragicis, præcipue adhibetur.


Constat gravium, & sublimium verborum amplà atque ornata structura. Methaphoras petit à rebus grandibus. Schemata adhibet vehementiora: ut exclamations, prosopopœias, apostrophas.

Affectibus sciendis idoneum est.

Vitium ejus est, si *turgidum* sit, & inflatum, vel insolentià horridum.

**cap. 5.** **§. 1.** Contrà HUMILE genus convenit rebus tenuibus. Ac contentum est.







est  
ph  
lep  
ciu  
nib  
per  
lis,  
cis.  
nin  
in r  
hun  
hun  
illa  
seq  
par  
ta, &  
jus  
V  
cer  
hun





est verborum proprietate, metaphoris usitatis; item acumine, ac lepore. Sententiarum schemata parcius usurpat, abstinet amplificationibus, insignioribus numeris, & periodis accuratioribus.

Præcipue adhibetur, in epistolis, & disputationibus Philosophicis.

Videndum autem, ne neglectu nimio fiat *jejunum*, & exsangue.

Genus **MEDIUM**, seu mediocre; *cap. 5.* in rebus mediis usurpatur. Estque *§. 10.* humiliter sublimi; sed sublimius humili; eoque nec vehementiora illa schemata amat; nec infimam sequitur dicendi rationem.

Hic imprimis conveniunt paria paribus, contraria contrariis reddita, & casus in exitu similes; & huius generis alia.

Vitium ejus est *fluctuans*, & incertum: quomodo vocatur, si nunc humile genus fugiens, nimis assurgat;



gat; nunc tumidum atque inflatum vitans, humi serpat.

Haëtenus de Elocutione. Superest Postrema Rhetorices pars: quæ est

DE PRONUNCIATIONE.

cap. 8 **P**RONUNCIATIO, sive ACTIO, est vocis gestuumq; pro rebus, & verbis, apta conformatio.

Ejus quasi fundamentum est MEMORIA quæ res jam inventas, dispositas, & exornatas, firmiter animo comprehendimus.


Partes pronunciationis sunt duæ: una vocem format; altera corporis motum. A priori munere hæc pars *Pronunciatio*; à posteriori, *Actio* vocatur. Quarum tanta est vis in eloquentia; ut iis primas, secundas, & tertias tribuerit Demosthenes.

F I N I S.




im  
er-  
uæ  
E.  
lo,  
us,  
est  
as,  
er  
nt  
ra  
u-  
e-  
n-  
ri-





















































Faint, illegible handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.





Parnassus Poeticus, ex poetarum  
omnibus in Nicolao Nome  
leio Garmensi Lotharingio  
meny. ab aucta a  
Joh. Bucklero a Gladbach. in  
indice



Am  
me  
19  
ca





Quoties An Socrates in  
oratione fuit sapiens, an vero ora  
tor quatenus scripsit ad Xicoribem.

et an concinatores hodierni  
tempore sint vere concinato  
res

An orator recte possit flere  
vel ridere vel  
An deceat oratorem flere  
et ridere



n  
ota  
to  
leg  
e

933

Da 933

ULB Halle

3

002 427 648



VD17





123456 | 21

707890

134537 | 34

89015223

137958

1002

1 h m

An parabola referenda sit  
ad historiam veram an veram  
fabulosam.

An artificia sint soliq rationis  
An artificium cadat in brutis  
An artificium e ca ufa vel canis  
saltat

Etiam inficialis quia regis solus disti  
ciens

An Magistratus teneat silere et sine  
puna dimittere qui ultra an eos  
venit & <sup>dicens</sup> profitens <sup>et</sup> magna  
peccatum <sup>commissum</sup> habere et  
aemula consuevit

Num nomen Loebigdis  
rabstieie a numero  
a ratorio



Handwritten text at the top of the page, possibly a header or introductory note.

Handwritten text including the word "Anna" and a date "16 32/34 85".

Handwritten text with numbers "200", "50", and "55" written vertically.

Handwritten text starting with "uxor" and "possit", possibly a Latin phrase.


Handwritten text including the word "Salubra" and other characters.

Handwritten text with a large, decorative initial letter, possibly "U".

Handwritten text with a large, decorative initial letter, possibly "O".

Handwritten text with a large, decorative initial letter, possibly "C".








Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13 B.I.G.  
 Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



GEORGI-JOANNIS VOSSI  
 ELEMENTA  
 HETORICA.  
 IMPRIMIS  
 Doctrinae de Tropis &  
 Schematibus,  
 JOHANNIS ANGVSTA TY-  
 rum memoria jussu su-  
 priorum in usum Scho-  
 larum Belgicarum seorsim  
 excusa.

HILDESI  
 impibus PETRI CASTENSIS  
 Anno clc lpc LIV,

Bernardus  
 Gymnasium  
 Quedlinburg

